



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quare Apostolus dicit Christum factum, quem nos fatemur natum. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo sp. in carnē, & ossa cōversus est. Non utique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget sp. S. dominicę incarnationis auctorem.

Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum.

*Rom. 1. a.
Ga. 4. a. a.
Glossa ordi.
ad illud Roman. primo
Qui factus.*

*Glossa ordi.
ad eundem
locum.*

*De modo
veniendi di-
uinam &
humanam
naturam in
Christo.*

Sed quæri potest cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apost. eum factum dicat ex semine David: alio loco, factum ex muliere? cum aliud fit fieri, aliud nasci? aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro domini in utero virginis, & corp^o effecta, sed effecta & virtute sp. sancti: ideo Apost. dicit factum, nō natum: Aliud est enim semine admixto, & sanguine coagulato generare: Aliud est nō per mixtionem, sed virtute procreare. possunt enim homines generare filios, sed nō facere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & nō natum: ne eius sc. natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostrę similis putaretur, quæ conficitur seminum commixtione. Ideo autem cum sanctum diceret Apost. addidit ex semine David: quia etsi non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamē quia ex ea carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, rectē dicitur quia factus est.

**SI PERSONA VEL NATURA PERSONA
nam vel naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit.**

DISTINCT. V.

PRæterea inquiri oportet, cum ex præmissis cōstet verbum Dei carnem, & animā simul assumpsisse in unitatem personę. quid horum potius cōcedendum sit scilicet, quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura